

4) Катилинина завера: Цицерон упозорава на опасност

Nonne te, Catilina, urbis vigiliae timorque populi movent? Omnes tua consilia cognovimus. Senatus intellegit, consules vident: Catilina tamen vivit! Vivit? Immo in curiam venit! O tempora, o mores! Ad mortem te iampridem ducere debuimus, Catilina, quia orbem terrarum caede atque incendiis vastare cupis. Tu autem vivis, neque audaciam deponis sed confirmas. Castra sunt in Italia contra populum Romanum collocata, crescit hostium numerus, ducemque ferocem in urbe videmus!

граматика: именице и придеви треће деклинације; именице четврте делинације; узрочна реченица (*quia*); упитне реченице *num* и *nonne*; допунски инфинитив; употребе генитива; акузатив узвика.

5) Катилинина завера: Цицерон се осврће на окончање кризе

Illustrantur omnia Catilinae consilia; ne privatarum quidem aedium parietibus vox coniurationis continetur. Tandem ipse undique circumdatur, tenetur, opprimitur, a viris fortibus vincitur. Quia nobis atque huic civitati terrorem intendit, Roma eiectus est. Non in hoc foro, non in hac curia, non intra privatos parietes sica illa terrebimur. Jacet ille nunc, prostratus est. Quamquam retorquet oculos saepe ad hanc urbem, ea e faucibus eius erepta est. Urbs flammis non corripitur, non absumitur, res publica non evertitur.

граматика: пасив свих времена; именице пете деклинације; показне заменице; негација *ne quidem*; допусни везник *quamquam*; употребе аблатива.